









Effide ut eam deserat.
Impacia
moriens temtatur de desperacione sit illa
vana gla assumat
avaricia

30

Ars moriēdi ex va-rijs scripturarū sententijs collecta cū figuris ad resistendū in mortis agone dyabolice sugestioni valēs cuilibet christifideli. utilis ac multum necessaria.







Uamuis scdm philosophu. Tertio Ethicoru omniu terribiliu mors corpis sit terribilissima. morti tamē anime nullatenus est cōparanda. Teste Augustino Qui ait. Maius est damnu in amissione vni⁹ anime q̄ mille corporu. Teste etiam Bernhardo qui dicit. Totus iste mūdus ad vni⁹ anime preciū estimari non potest mors ergo anime tāto est horribilior atq3 detestabilior quāto anima corpore est nobilior atq3 preciosior Cū ergo anima tante p̄ciositatis existat ⁊ dyabolus p morte ipsius eterna hominē in extrema infirmitate maximis temptationib⁹ infestat. Ideo summe necessariū est vt homo anime sue p̄uideat. ne morte illa perdat. Ad quod maxime expediens est vt quilibet artē bene moriēdi de qua est presens intentio frequēter p̄ oculis habeat atq3 extremā infirmitatē mente sua reuoluat. Quia vt ait Gregorius. Ualde se sollicitat in bonis operibus q̄ semp cogitat de extremo fine. Nam si futurū malū precōsideret facilius tollerari potest Iuxta illud. futura si p̄sciant leuius tollerant. Sed rarissime aliquis se ad mortem disponit tempestiue eo q̄ quilibet diutius se victurū existimet nequaq̄ credēs se tam cito moriturū quod instinctu dyaboli fieri certū est. Nā plures p talē spem inanez seipsos neglexerūt indispositi moriētes. Et ergo nullatenus infirmo detur spes nimia corporalis sanitatis cōsequende. Nam sm Cancellarium parisiensem sepe per talem falsam cōsolationē et fictam sanitatis confidentiā certaz incurrit homo damnationē ante omnia ergo inducat moriturus ad ea que necessario ad salutem requirunt. Primo vt credat sicut bonus

xpianus credere debet letus quoqꝫ ꝙ in fide xpi ⁊ ec-
clesie morietur vnitate ⁊ obediẽtia. Scd̄o vt regnoscat
se deū grauiter offendisse ⁊ inde doleat. Tertio vt ꝓ-
ponat se veraciter emẽdare si supuixerit ⁊ nunq̄ am
plius peccare. Quarto vt indulgeat suis offensorib⁹
ꝓpter deū et remitti petat ab his quos ipse offendit.
Quinto vt ablata restituat. Sexto vt cognoscat deū
ꝓ se mortuū ⁊ ꝙ aliter saluari nō potest nisi ꝑ meri-
tū passiōis xpi. de quo agat deo gracias inquantum
valet. Ad que si bono corde responderit. signū est ꝙ
sit de numero saluandorū. Deinde studiose inducatur
ad debitū vsum sacramentorū ecclesie. Primo vt per
verā ꝯtritionē integrā faciat cōfessionē alia etiā eccle
sie sacramẽta deuote recipiẽdo. Quisquis vero de p̄-
missis ab alio interrogatus et informatus nō fuerit
seipm̄ interroget ꝯsiderādo si sit disposit⁹ vt prefertur
Qui aūt sic dispositus est se totum passioni cōmittat
cōtinue eā retinuādo atqꝫ meditando. Nā ꝑ hec oēs
temptatiōes dyaboli et in fide maxime superantur.
Unde notandū ꝙ morituri grauiores habent tem-
ptatiōes q̄ vnq̄ prius habuerūt. Et sunt quinqꝫ vt
postea patebit ꝯtra quas angelus sugerit eis quinqꝫ
bonas inspiratiōes. Sed vt om̄ibus ista materia sit
fructuosa et nullus ab ipius speculatiōe secludatur sed
inde mori salubriter discat tam litteris. tantū littera
to deseruientib⁹ q̄ ymaginib⁹ layco ⁊ litterato simul
deseruiẽtibus cunctorū oculis obijcitur. Que duo mu-
tuo correspōdẽtes habẽt se tanq̄ speculū in quo p̄te-
rita ⁊ futura tanq̄ p̄sentia speculantur Qui ergo bene
mori velit ista cū sequẽtibus diligenter consideret.

Temptatio dyaboli de fide.

Xquo fides est tocius salutis fundamentũ ⁊ sine ea nulli omnino potest esse salus. Teste Augustino qui ait. Fides est bonorũ omniũ fundamentũ et humane salutis iniciũ. Et Bernhar. dicente. Fides est hũane salutis iniciũ sine hac nemo ad filiorũ dei numerũ potest pertinere sine hac omĩs labor hominis est vacuus. Jdeo dyabolus toci⁹ humani generis inimicus totis viribus hoĩem in extrema infirmitate ab illa totaliter auertere nitit̃. Uel saltẽ ad deuiandũ in ea ip̃m inducere laborat dicẽs tu miser in magno stas errore nõ est sicut credis vel sicut predicat̃. Jnfernus fract⁹ est. Quicquid homo agit licet aliquẽ vel seipsum occidat cũ indiscreta penitentia sicut aliqui fecerũt. Uel ydola adorat vt reges paganorũ ⁊ plures pagani faciunt nonne in fine idem est quia nullus reuertit̃ dicẽs tibi veritatẽ ⁊ sic fides tua nihil est. His et similibus dyabolus maxime laborat vt hoĩem in extremis agentẽ a fide auertat quia bene scit. Si fundamentũ ruat omĩa sup̱ edificata ruent. Secundum tamen ꝙ dyabolus in nulla temptatione hominem cogere potest nec etiã aliquo modo preualere vt sibi cõsentiat ꝙdiu vsum ratiõis habuerit nisi sponte voluerit ei cõsentire quod certe sup̱ omĩa cauendũ est. Unde apostolus fidelis deus qui nõ patit̃ vos temptari sup̱ id quod potestis sed faciet cũ temptatione prouentũ vt possitis sustinere.



Bona inspiratio angeli de fide.

Contra primā tēptationē dyaboli dat angelus bonā inspiratōez dicēs. O hō ne credas pestiferis sugestiōib⁹ dyaboli cū ipse sit mendax. Nā mēciendo ꝓthoparētes decepit nec aliq̄ mō in fide dubites licet sensu vł intellectu ꝯphendere nō valeas q̄a si ꝯphēdere posses nullaten⁹ eēt meritoria Juxta illō Gre. Fides nō hȝ meritū vbi hūana ratō ꝑbet expimentū. Sȝ memēto vba sctōrū patrū .s. scti Pauli ad hebreos. xi. dicētis. Sine fide impossibile ē placere deo. Et Joh. iij. Qui nō credit iā iudicat⁹ est Et Bern. dicētis. Fides est ꝑmogenita inter vtutes. Et iterū beatior fuit Maria ꝯcipiēdo fidē xpi quaȝ carnē xpi Cōsidera etiā fidē antiq̄rū fideliū Abraā Ysaac ⁊ Jacob ⁊ quorūdā gētiliū. s. Joab moab meretricis ⁊ similiū. siłr fidē apłorū necnō immutabiliū martirū ꝯfessorū atȝ virginū. Nā p fidē oēs antiqui et moderni placuerūt. Per fidē sctūs petr⁹ sup aquas ambulauit. sctūs Jobes venenū sibi ꝓpinatū sine nocumēto bibit mōtes caspy orāte Alexādro p fidē adunati sunt. Et idō fides a deo merito būdicta. ꝓpterea viriliṫ debes resistere dyabolo ⁊ firmiṫ credere oīa mādata eccłie. qr sctā eccłia errare nō p̄t cū a spūsctō regaṫ. Nota q̄ cito infirm⁹ sentit se tēptari ꝯtra fidē cogitet primo q̄ necessaria est fides q̄a sine ea nullus saluari p̄t. Scdo cogitet q̄ vtilis est q̄a oīa pōt. dicēte dn̄o. Oīa possibilia sunt credēti. Et iterū. Quodcūqȝ orātes pecieritis credite q̄a accipietis. Et sic infirm⁹ faciliter dei grā dyabolo resistet. Quare etiā bonū ē vt symbolū fidei circa agōisantē alta voce dicaṫ pluriesqȝ repetaṫ vt p hoc infirmus ad fidei cōstantiam animeṫ ⁊ demones q̄ illud audire abhorrēt abigant.



L.

Temptatio dyaboli de desperatione.

Ecũdo dyabolus temptat hoiem infirmũ ꝑ
desperationẽ q̃ est cõtra spem atq̧ ꝯfidentiã
q̃ hõ debet habere in deũ. Cum em̃ infirmus
dolorib⁹ cruciat̃ in corpe tũc dyabolus dolorẽ dolo-
ri supaddit obiciẽdo sibi pctã sua p̃sertim nõ cõfessa
vt eum in desperationẽ inducat dicẽs Tu miser vide
pctã tua q̃ tãta sunt vt nunq̃ veniã acquirere possis
ita vt dicere possis cũ Cayn. Maior est iniq̃tas mea
q̃ vt veniã merear Ecce quõ dei p̃cepta trãsgressus es
nã deũ sup oĩa non dilexisti hoĩbus iniuriã intulisti
et tamẽ bene scis q̧ nullus põt saluari nisi seruauerit
mãdata dei q̃a dñs dicit. Si vitã ingredi vis serua-
mãdata. Sed supbe. auare. luxurie. gulose. iracũde.
inuidie. accidiose vixisti attamẽ p̃dicari audisti q̧ p-
pter vnũ pctm̃ mortale hõ põt dãnari. Insup septẽ
opera miscđie nõ implesti q̃ tamẽ dñs p̃cipue inqui-
ret in extremo die vt ipemet testat̃ dicẽs his. q̃ a sini
stris sunt. Ite in ignẽ eternũ Nã esuriui ⁊ nõ dedisti
mihi mãducare Sitiui ⁊ nõ dedisti mihi potũ ⁊c̃. Et
ideo Jacob⁹ dicit. Judiciũ sine miscđia erit illi qui
sine miscđia fuit sup terrã. Uides etiã q̃ plures no-
cte et die in lege dei vigilãtissime laborãtes q̃ tamen
nullaten⁹ de salute sua p̃sumere audẽt q̃a nullus scit
an odio vel amore dign⁹ ẽ. ⁊ ergo nulla spes salutis
tibi relinquit̃. Per ista ⁊ siĩia inducit hoiem indespe-
rationẽ que sup oĩa mala est vitãda cũ misericordiã
offendat dei q̃ sola nos saluat. Teste xp̄ha. Miscđie
dñi q̃a nõ ꝯsumpti sum⁹. Et Augu. dicit. Unusq̃sq̧
posit⁹ in pctõ si de venia vera desperauerit miscđa₃
fundit⁹ ꝑdit nihil em̃ sic deũ offendit q̃₃ desperatio.


Fornicatꝰ es
Omnia pre
cepta domi
ni fregisti.
Periurꝰ es
Auare vixisti
Ecce peccata
Occidisti

Bona inspiratio angeli contra desperationē.

Ontra scdam temptationē dyaboli dat angelus bonam inspirationē dicens. o hō q̄re desp̄as licz em̄ tot latrocinia furta ꝛ homicidia ꝑpetrasses quot sūt maris gutte ꝛ arene etiā si solus toci⁹ mūdi pctā cōmisisses. Etiā si de eisdē nūq̄ ꝑus penitentiā egisses nec ea confessus fuisses nec etiā mō ad cōfitendū ea facultatē haberes nihilomin⁹ desperare nō debes q̄a in tali casu sufficit sola cōtritio interior. Teste ps̄. Cor contritū ꝛ humiliatū de⁹ non despicies. Et Ezech. ait. Quacūq3 hora pctōr ingemuerit salu⁹ erit. vnde Bern. ait. Maior est dei pietas q̄ quevis iniquitas. Et Aug. Plus pōt de⁹ misereri q̄ hō peccare. In casu etiā q̄ tibi ꝯstaret q̄ de numero dampnandorū esses nequaq̄ adhuc desperare debes eo q̄ desp̄atio nihil agit nisi q̄ ꝑ eā pijssim⁹ de⁹ mltō magis offendit̄ et alia pctā forcius aggrauant̄ pena quoq3 eterna vsq3 in infinitū augmentat̄ xp̄s etiā ꝓ pctōrib⁹ crucifixus est ꝛ nō ꝓ iustis vt ipsemet testat̄ dicēs. Nō veni vocare iustos sed pctōres. Exemplū habeas in petro xp̄m negāte paulo ecclesiā ꝑsequēte Math. ꝛ Zach. publicanis maria magdalena peccatrice in mlīere dep̄hēsa ī adulterio in latrōe iux̄ xp̄m in cruce pendēte maria egipciaca. Nota q̄ cito infirm⁹ sentit se temptari ꝑ desp̄ationē cogitet q̄ ipsa est peior ꝛ dānabilior oīb⁹ pctīs ꝛ q̄ nūq̄ debet admitti ꝓpter quecūq3 etiā pctā. Nā vt dicit. Augu. Plus peccauit iudas desperādo q̄ iudei crucifigendo xp̄m Scdo cogitet q̄ vtilis et necessaria est spes. quia s̄m Crisostimū est salutis nr̄e anchora vite nostre fundamentū dux itineris quo itur ad celuz. Et ideo nunq̄ est relinquenda ꝓpter etiā quecunq3 peccata.


Nequaq̄ desperes
Victoria m̄i nulla

Temptatio dyaboli de impacientia.

Ertio dyabolus temptat hoīem infirmū p impacientiā que orit ex magna infirmitate dicens cur tu pateris istū dolorē grauissimū qui est intollerabilis omī creature et est tibi penitus inutilis. nec etiā tuis exigētibus de meritis dolor tā-tus iure deberet causari. Nā scriptū est. Jn penis benignior est temptatio faciēda. Etiā quod multū grauat nullus tibi cōpatitur quod cōtra omnē rationē fieri nemo dubitat licet aūt amici ore cōpaciantur tamen maxime propter bona relīquēda tuam mortem mente desiderāt anima quidez corpore exuta vix per vnius diei spaciū pro omni substantia relicta corpus tuū hospitari voluit istis ⁊ similibus ad impaciētiā que est contra charitatē qua tenemur deum diligere sup omīa nititur dyabolus hominē inducere. vt sic merita sua pdat. Nota ꝙ moriturus maximus dolor corporis accidit his pcipue qui nō morte naturali que raro est et sicut docet experiētia manifesta sed frequēter ex accidētibus puta febre vel apostemate vel alia infirmitate graui vel afflictiua atq̃ longa dissoluunt̃ que quidē infirmitas plerosq̃ ⁊ precipue ad mortē indispositos ⁊ iniuste morientes adeo reddit impaciētes atq̃ murmurātes vt plerumq̃ ex nimio dolorū in impaciētia amentes atq̃ insensati videant̃ sicut sepe visum est in multis. Ex quo vere cōstat ꝙ tales vtiq̃ in vera deficiant charitate. Teste Hiero. qui ait. Si quis cū dolore egritudinē vel mortem patit̃ seu accipit. signū est ꝙ sufficiēter deū nō diligit. Et paul⁹ ait. Charitas paciēs est. benigna est.


Ecce q̄ta penā patit̄
Ebn̄ decepi eū

Bona inspiratio angeli de pacientia.

Ontra terciā temptatiōez dyaboli dat angelus bonā inspirationē dicēs. o hō auerte ab impaciētia animū tuū p quā dyabolus suis mortiferis instigatiōib⁹ nihil aliud q̄z aīe tue detrimētū querit nā p impacientiā ⁊ murmur aīa pdit sicut p pacientiā possidet. Teste Grego. qui ait regnū celorū nllus murmurās accipiet Te igit infirmitatis q̄ respectu meritorū tuorū leuis est. nō tedeat cū ipsa ante mortē sit q̄si quoddā purgatoriū cū tollerat vt oportet fideliter et paciēter et libēter cū gratitudine q̄a nō solū gratitudine opus est in his q̄ sunt ad consolationē sed etiā q̄ sunt ad afflictionē. q̄a vt Grego. ait misericordit de⁹ tpalē adhibet seueritatē ne eternā inferat vltionē. Et Augu. Dn̄e hic vre et seca vt ineternū nihil parcas. Nulle ergo tribulatiōes te pturbēt q̄a xp̄m nolle te relinquere ostēdūt iuxta illō Aug. Mala que nos hic puniūt ad deū nos ire compellūt Nō igit aīe salus approbat in carnis bn̄placitis. Sed poci⁹ eterna dānatio. Juxta illud Augu. Signū manifeste dānatiōis est beneplacita assequi ⁊ a mūdo diligi. ~~Et iterū mirū est q~~ oīb⁹ ineternū damnādis oēs lapides nō surgūt in solaciū sed magis mirū est q oīb⁹ ineternū saluādis oēs lapides nō surgūt in periculū. Repelle ergo a te impacientiā tanq̄z pestē violentā ⁊ assume pacientiā scutū fortissimū quo oēs inimici aīe faciliter superant. et respice xp̄m pacientissimū ⁊ oēs sctōs vsq̄z ad mortez Nota cū infirm⁹ sentit se temptari p impacientiā cōsideret pmo q̄z nociua est impaciētia q̄a ip̄m inquietādo et perturbādo a deo auertit q̄a dn̄s dicit. Sup quē requiescet sp̄s meus nisi sup quietum ⁊ humilē corde.



Scd̃o ꝯsideret ꝙ paciẽtia est sollicite seruãda primo
qa est necessaria. Vñ paul⁹ Paciẽtia est vob necessa
ria. Et dñs nõne oportuit pati xp̃m et ita intrare in
gloriã suã. Et Grego. nũꝗ̃ꝫ seruari ꝯcordia nisi ꝑ pa
cientiã valet. Scd̃o qa est vtilis. Unde dñs. In pa-
cientia possidebitis aĩas vr̃as. Et Grego. Melioris
meriti est aduersa tollerare q̃ꝫ bonis operib⁹ insuda
re. idẽ sine ferro martires esse possum⁹ si paciẽtiã in
aĩo veraciter seruam⁹. Et Salomõ. Melior est paci
ens viro forti ⁊ q̃ dñat̃ aĩo suo expugnatore vrbiũ.

Uarto dyabolus temptat hoĩem infirmum
ꝑ sui ipius ꝯplacentiã q̃ est sup̲bia sp̃ualis ꝑ
ꝙ̃ deuotis ⁊ religiosis atq̧ ꝑfectis magis est
infestus. Cũ em̃ hoĩem ad deuiandũ a fide aut in de-
sperationẽ aut ad impaciẽtiã nõ põt inducere tũc eũ
agredit̃ cũ ꝑ suꝑ̃pius ꝯplacẽtiã tales in eũ ꝓ̃icit ia-
culas ⁊ cogitationes. O ꝙ̃ firm⁹ es in fide ⁊ ꝙ̃ fortis
in spe ⁊ ꝙ̃ cõstanter paciens es in tua infirmitate. O
q̃ꝫ multa bona opat⁹ es maxime gl̃iari debes qa nõ
es sic ceteri q̃ infinita mala ꝑpetrauer̃t ⁊ solo gemitu
ad celestia regna ꝑuenerũt igit̃ regnũ celorũ tibi iure
negari nõ p̃t qa legittime certasti. Accipe ergo coro-
nã tibi paratã ⁊ sedẽ excellẽtiorẽ p̃ ceteris obtinebis
ꝑ ista ⁊ sil̃ia dyabol⁹ instãtissime laborat hoĩem indu
cere ad sp̃ualem sup̲biã siue ad suꝑ̃pius cõplacentiã
Pro quo notandũ ꝙ ista sup̲bia multum est vitanda
primo qa p̃ eã homo efficĩt sil̃is dyabolo. nã ꝑ solam
superbiã de angelo factus est dyabolus. Scd̃o qa ꝑ
ipam hõ vider̃ cõmittere blasphemiã ꝑ hoc ꝙ bonũ
qd̃ a deo habet a se p̃sumit habere. Tertio quia tãta
posset esse sua cõplacẽtia. ꝙ per hanc damnaret̃. Vñ
Gre. Reminiscẽdo quis boni qd̃ gessit dum se apud
se erigit apud auctorẽ hũilitatis cadit. Aug. Homo

si se iustificauerit ⁊ de iusticia se presumpserit cadit.

Temptatio dyaboli de vana gloria.



Bona inspiratio angeli contra vanam gloriã.

Ontra quartã temptationẽ dyaboli dat angelus bonã inspirationẽ dicẽs Miser cur tu supbis ascribẽdo tibiipsi ꝯstantiã in fide spe ⁊ paciẽtia q̄ tamẽ soli deo ascribẽda est cũ nihil boni a te habeas. dño dicẽte. Sine me nihil potestis facere ⁊ alibi scriptũ est Nõ tibi arroges nõ te iactes nõ te insolẽter extollas nihil te p̄sumas nihil tibi tribuas. Et dñs ait q̄ se exaltat hũiliabit. Et iterũ. Nisi efficiamini sic̄ puulus iste nõ intrabitis in regnũ celorũ. Hũilia ergo te ⁊ exaltaberis. dicente dño. Qui se hũiliat exaltabit. Et Aug. Si te hũilias deus descẽdet ad te. Si te exaltas de⁹ recedet a te. Auerte ergo mentẽ tuã a supbia q̄ luciferũ quondã angelorũ pulcherrimũ fecit dyabolorũ deformissimũ et de alta celorũ ꝓiecit ad inferni ꝓfunda q̄ etiã causa fuit oĩm pctõrũ. Unde Bern. Iniciũ oĩs pctĩ ⁊ causa toci⁹ ꝑditionis est supbia. Idẽ tolle hoc viciũ ⁊ sine labore oĩa vicia resecant̄. Unde singl'ariter notãdũ ꝙ quãdocũqꝫ moriturus sentit se temptari ꝑ supbiã debet p̄mo cogitare ꝙ supbia tm̄ deo displicuit ꝙ sola ipius occasiõe nobilissimã creaturarũ luciferũ cũ oĩb⁹ sibi adherẽtib⁹ de celis relegauit ineternũ damnãdo Et sic ex tali ꝯsideratiõe se hũiliat atqꝫ deprimat sua recogitãdo pctã q̄a ignorat an odio vl' amore dign⁹ sit. Unde debet p̄cipue capere exm̄ a sctõ Anthonio cui dyabol⁹ dixit. O anthoni tu me vicisti cũ em̄ volo te exaltare tu te deprimis cũ te volo deprimere tu te erigis. Scdõ debet cogitare ꝙ humilitas tm̄ deo placuit ꝙ p̄cipue ipius occasiõe gl'iosa virgo maria deũ cõcepit et sup choros angelorũ exaltata est.


Sis humilis
Victus sum

Temptatio dyaboli de auaritia.

Quinta temptatio dyaboli est auaritia magis seculares et carnales infestans que est nimia ocupatio temporaliuz atqz exteriorum circa vxores et amicos carnales seu corporales diuicias atqz alia que magis in vita sua dilexerunt per quem dyabolus hoiem maxime vexat in fine dicēs. O miser, tu iam relinques oīa tpalia que sollicitudinibꝰ ꝛ laboribus maximis sunt cōgregata etiā vxorē ꝓles et ꝯsanguineos amicos charissimos ꝛ oīa alia huius mundi desiderabilia quorū te societati adhuc interesse tibi magnū foret solaciū ipsis quoqz magni boni occasio Hec similia dyabolus homini in extremis de auaricia presentat vt sic per amorē ꝛ cupiditatem terrenorū auertat amore dei ꝛ ꝓpria salute. Unū singulariter notandum ꝙ maxime caueri debet ne cuiqꝫ morienti. Amici corporales vxor liberi diuicie ꝛ alia tpalia ad memoriā reducant̄. nisi in quantū illud infirmi spiritualis sanitas postulet aut requirat quia alias maxime periculosum esset cū sic ab his que spiritus ꝛ salutis sunt quibus maxime tūc oībus viribus interioribꝰ ꝛ exterioribꝰ intendendū est reuocaretur ad ista miserabilia temporalia ꝛ carnalia tūc cuz maxima sollicitudine a memoria et mēte remouēda in quibus certe tūc occupari est valde periculosum.


Videas anime
Intēde thesauro

Bona inspiratio angeli cōtra avariciā.

Ontra quintā tēptationē dyaboli dat angelus bonā inspirationē dicens. O hō averte aures tuas mortiferis sugestōib⁹ dyaboli qb⁹ te irridere ꝛ inficere conat̄. Et oīa tpalia totalit̄ postpone quoꝝ memoria vtiq3 nihil salutis ꝓferre p̄t sed magnū impedimētū memor verboꝝ dn̄i ad eos q̄ istis adherēt. Nisi qs renūciauerit oīb⁹ q̄ possidet nō pōt me⁹ esse discipl'us. Et iterū. Si qs venit ad me ꝛ nō odit p̄rē suū ꝛ matrē ꝛ vxorē ꝛ filios ꝛ fr̄es ꝛ sorores adhuc nō p̄t me⁹ eē discipl'us Itē ad eos q̄ istis renūciāt dt Et oīs q̄ reliqrit domū vl' fr̄es vl' sorores aut patrē aut matrē aut vxorē aut filios aut agros ꝑpt̄ nomē meū centuplū accipiet ꝛ vitā eternā possidebit Memēto etiā pauptatis xp̄i in cruce ꝓ te pēdentis matrē dilectissimā et discipulos charissimos ꝑpt̄ tuā salutē spōtissime relinqntis. Cōsidera etiā q̄t tot viri sctī in isto ꝯtēptu rerū tpaliū secuti sūt eū audituri illud Venite bn̄dicti p̄ris mei possidete regnū paratū vob ab origine mūdi Imprime ergo ista tue menti ꝛ oīa trāsitoria tanq̄ venenū a te penit⁹ repellēdo cor tuū ad volūtariā pauptatē itegre ꝯuerte ꝛ sic regnū celoꝝ ex ꝓmisso tibi debet̄. dicēte dn̄o. Bt̄ī paupes spū qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ teq3 totū deo q̄ tibi diuitias cōferet semp̄nas plenarie ꝯmitte totā tuā fiduciā in eū fundēs. Nō qn̄ infirmus sentit se tēptari per avariciā seu amorē terrenoꝝ cōsideret primo q̄ amor terrenoꝝ a deo sepat q̄a dei amorē secludit. teste Gre. q̄ ait Tāto qs a supno amore disiūgit̄ q̄nto hic inferius in creaturis delectat̄. Scdō cōsideret q̄ volūtaria pauptas hoīem btīficat ꝛ ad celū ducit. dicēte dn̄o. Btī paupes spū qm̄ ipsoꝝ ē regnū celoꝝ.


Nō sis auarꝰ
Ne mūdꝰ
Quid faciā

J agonisans loqui ꝛ vsū rōis habere potuerit fundat orōes deū p̄mo inuocādo vt ipm ꝑ in-
effabilē misc̄diam suā ꝛ virtutē passiōis sue suscipere
digneť. Scđo diligēter inuocet gl'iosaꝫ v̇ginē mariā
ꝓ sua mediatrice. Deinde oēs āgelos ꝛ p̄cipue ange-
lū ꝓ sua custodia deputatū. deinde apl'os martyres
ꝯfessores atqꝫ v̇gines speciali⁹ tn̄ illos q̄s vel q̄s p̄us
san⁹ in veneratiōe habuerit ꝛ dilexit quoꝝ ymagīes
cū ymagīe crucifixi ꝛ btē marie v̇ginis ei p̄senteť Itē
dicat ter istū v̇sum. Dirupisti dn̄e vincl'a mea tibi sa
crificabo hostiā laudis. Nā iste v̇sus ſm Cassiodrū
tāte crediť eē v̇tutis vt pctā hoīm dimittāť si in fine
v̇a ꝯfessiōe dicať. Iteꝫ dicat ter hec v̇ba vel silia q̄ in
sūma btō. Aug. ascribūť. Pax dn̄i nr̄i iesu xp̄i ꝛ vir-
tus passiōis ei⁹ ꝛ signū sctē crucis et integritas btīssi
me virginis marie et benedictio oīm sctōꝝ ac sctāꝝ
custodia angeloꝝ necnō suffragia oīm electoꝝ sint
inter me ꝛ oēs inimicos meos visibiles ꝛ inuisibiles in
hac hora mortis mee. Ultimo dicat. In man⁹ tuas
cōmēdo spm̄ meū. Si aūt infirm⁹ nō sciat orationes
dicere dicat aliquis de astantib⁹ alta voce coram eo
orōnes vel hystorias deuotas in quib⁹ quidē sane de
lectabať. Ipe vero oret corde ꝛ desiderio vt scit ꝛ pōt
Unū nota ex q̄ tota salus hoīs in fine ꝯsistat sollicite
curare debet vnusq̄sqꝫ vt sibi de socio vl' amico deuo
to fideli ꝛ ydoneo ꝓuideat ei qui in extremis fideli-
ter asistat ad fidei ꝯstantiā pacientiā deuotionē cōfi-
dentiā et p̄seuerantiā ipm incitādo animando et in
agonia orōnes deuotas fideliť dicēdo Sꝫ heu pauci
sūt q̄ in morte ꝓximis suis fideliť assistūt interrogādo
monēdo ꝛ ꝓ ipis orādo p̄serti cū ipi morientes nōdū
mori velint ꝛ aīe morientiū sepe miserabiliť piclitanť.




Heu insanio
Spes nobis nul



24



[Lipsiae, K. Kachelofen, ca. 1495/98]

Proctor 2924
GKW. 2576

T. L.

30.

